



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Stella Benedictina Sive Regula Sanctissimi Patris Nostri
Benedicti**

Meyenschein, Benedikt

Hildesii, 1725

VD18 10311831

XXXIX. De mensurâ ciborum. Cum librâ panis duo pulmentaria sanis
Indixisse placet: sic gula victa jacet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65028)

18. MART. 18. JUL. 17 NOVEMB.

CAPUT XXXIX.

De mensurâ ciborum.

Sufficere credimus ad refectiorem quotidianam tam sextæ, quàm nonæ, omnibus mensis *b* cocta duo pulmentaria *c* propter diversorum infirmitates, ut fortè, qui ex uno non potuerit edere, ex alio reficiatur. Ergo duo pulmentaria cocta Fratribus omnibus sufficiant. Et si fuerint inde *d* poma *e* aut nascentia leguminum *f*, addatur & tertium. Panis libra una propensa *g* sufficiat in die, sive una sit refectio, sive prandii & cœnæ. Quòd si cœnaturi sunt, de eadem librâ tertâ pars à Cellerario reservetur, reddenda cœnaturis. Quòd si labor fortè factus fuerit major, in arbitrio & potestate Abbatis erit, si expediat aliquid augere, remotâ præ omnibus crapulâ *h*, ut nunquam subripiat *i* Monacho indigeries *l*; quia nihil sic contrarium est omni *m* Christiano, quomodo crapula, sicut ait Dominus noster *n*: Videte, nè graventur corda vestra crapulâ & ebrietate

tate.
dem
quân
citate
omn
stio,
a) I
no
str
ti
b) I
ve
est
to
Et
c) D
qu
pa
na
G
pe
d) I
Et
h
e) D
n

MB. tate. Pueris verò minori ætate non eadem fervetur o quantitas p; sed minor, quàm majoribus, servatâ in omnibus paritate. Carnium verò quadrupedum q omnino ab omnibus abstinenceatur comestio, præter omnino debiles & ægrotos r.

a) Id est, sive prandeatur horâ sextâ, quæ est nostra 12ma, sive horâ nonâ, quæ est nostra circiter 3tia pomeridiana, prout sol citius vel serius occidit.

b) Intellige, & mensæ primæ, quæ est Conventualium in communi, & secundæ, quæ est hebdomadariorum coquinæ & servitorum juxta cap. præced. Caterùm lectio communior habet, omnibus mensibus.

c) Non accipiuntur pro solâ pulte, sed pro quovis obsonio, sive pro omni eo, quod ad panem melius comedendum adhibere Monachis licet, ut sunt pisces, ova, lactinia &c. ex Turrecrem. & Statutis Bursfeld. pag 233.

d) Id est, si præterea habeantur. Alia lectio sat proba: Si fuerit, unde; subaudi, haberi possint.

e) Dicuntur quicunque fructus arborum à Plinio, Ovid. &c. f) Sma-

- f) *Smaragdus híc intelligit grana leguminum; Turcremata quodlibet acetarium five quaslibet herbas cum aceto & oleo sumendas: Reipsá verò sunt quæcumque fruges terræ nascentes in siliquis.*
- g) *Smaragdo idem est, quod pensata, Turcremata moderata, Gazæo propendens seu paulò major. Libra hæc non fuit Romana unciarum 12. Nec Parisina seu medicatoria unc. 16. Sed probabilius unc. 33 & semis, ex Jacobo Breulio & Cassinensibus. Concessit autem S. P. tam largam mensuram panis, tum propter paucitatem pulmentariorum; tum propter stomachos calidiores; tum denique, ut locus esset merito abstinentiæ, & plus acciperent pauperes.*
- h) *Sumitur híc latiùs pro intemperantiâ in cibo.*
- i) *Vox obsoleta, pluribus tamen Scriptoribus eodem sensu usitata; pro quâ jam magis latinè legitur, subrepat, hoc est, eveniat.*
- l) *Magis latinè cruditas; est vitium stomachi nequeuntis ea concoquere, quæ susceptim)*
- m) *Alii legunt, homini.*

n) Luc.

n) *Luc. 21.*

o) *Id est, concedatur.*

p) *Panis scil. aut ciborum.*

q) *Hinc inferunt S. Hildegardis, Rabanus, Abaelardus & alii pauci, licere Benedictinis comestionem bipedum seu volatilium. Contrarius est torrens aliorum, rectè arguentium à fortiori, etiam vetita esse volatilia utpote delicatiora ac pretiosiora. Unde Camaldulenses & alii legendum dicunt, etiam quadrupedum. Vel S. P. sumpsit speciem pro genere.*

r) *Quibus accedunt gaudentes dispensatione Sedis Apostolicæ. Vid. Statuta nostra pag. 139. & seqq.*

19. MART. 19. JUL. 18. NOVEMB.

CAPUT XL.

De mensurâ potûs.

Unusquisque proprium habet donum ex Deo, alius sic, alius verò sic *a*. Et ideo cum aliquâ scrupulositate à nobis mensura victûs aliorum constituitur. Tamen infirmorum *b* contuentes *c* imbecil-

H

becil-